A reuenger or punisher.

Vindex, Vltor.
Assertor
Persecutor } iniuriæ.
Punitor

A reuenging, or paying home of.

Vindicta
Vltio
Persecutio
Pœnæ inflictio
Lex talionis
Meritæ pœnæ.

Reuerence, or honour.

Obseruantia
Veneratio
Obsequium
Reverentia
Honor
Obedientia.

To reuerence, or honour.

Cum admiratione honore dignum putare
Honorificè appellare
Obseruare
Revereri
Colere
Venerari
Assurgere
Honoris causa nominare
Singulari studio colere
Honorificentissimis verbis appellare
Omni obseruantia colere
Honorem præfari alicui.

A reuerend, or graue person.

Grauissimus
Veneratione & admiratione dignus
Obseruandus
In honore habitus
Illustris memoriæ
Virtutis & doctrinæ opinione præstans
Suspiciendus
Admirandus
Præstantissimus

Reve-

Reverenda gravitate.

Reuerently, granely, ſoberly.

Reverendè
Decenter
Graviter
Officioſe
Cum dignitatè
Cum gravitate
Morate
Compoſite.

Reuenue, or yeerely profit.

Reditus
Vectigal
Fructus
Cenſus
Proventus
Anniverſarium ſtipendium
Pactio annuæ pecuniæ
Emolumentum agrorum.

A man of great reuenues, lands, commings in.

Amplos habens reditus
Locuples
Prædijs } ditiſſimus.
Latifundijs

To reuile, or reproach, &c.

Contumelioſè accipere
Maledice inſectari
Carpere } exiſtimationem ali-
Offendere } cuius.
Contumelijs vexare
Maledictis inſequi
Infamiâ notare aliquem
Contumeliarũ aculeos emittere
Convitijs } proſcindere,
} convellere.
Acerrimis verbis inſectari
Magna verborum libertate in aliquem invehi
Crudelitate verborum violare
Nominibus criminoſis appellare
Maledicta in aliquem conjicere
Turpitudinem alicui objicere
Convitiari cui.

A reuiling, or reproaching.

Inſectatio
Calumnia
Maledictum
Obtrectatio
Infamatio
Maledictio
Convitiatio.

To reviue, or put life into, or animate a man.

Animare
Iacentem animum erigere
In ſpem impellere
Languentem incitare
Animum addere } alicui.
Spiritus afferre }
Metum adimere alicui
Maximam confidentiam parere alicui.

To reuolt, fall, or depart from.

Deſciſcere
Recedere } ab aliquo.
Deficere
Deflectere
Se avertere ab aliquo.

Aver-

Avertere se retrorsum
Transfugere ad hostes.

A reward or guerdon, &c.

Præmium
Remuneratio
Merces
Compensatio
Munus
Pretium
Honor.

To reward, or requite.

Merita præmia persoluere alicui
Remunerari aliquem
Præmijs afficere
Virtuti honores debitos persoluere
Mercedem ad aliquem deferre.
Præmijs & splendore decorare
Adferre mercedem cui.

A Rhetorician, or a very eloquent man.

Maximè excellenti suavitate
Homo divinus in dicendo
Omnes dicendi artificio facile vincens
Ornate dicens
Disertus
Ornatus in dicendo
Dicendo suauis & ornatus
Multum in dicendo valens
Præstantissimus dicendi artifex
Perfector dicendi & magister.

To play the Rhetorician, to flaunt, &c.

Rhetoricari
Varie, ornate, copiosè dicere
Ad omnem amplificationem excurrere
Fusè tractare, Exornare rem.

Rhetorically, Flantingly, Orator-like.

Rhetorice
Oratorie
Ornate
Profluenter
Diserte
Polite
Eloquenter
Ornatissimis verbis & crebris sententijs
Summa dicendi varietate & elegantia.

Rich or wealthy, &c.

Copijs omnibus circumfluens
Ditissimus
Opulentus
Pecuniosus
Opibus florens
Fortunatus
Copiosus
Divitijs abundans
Pecunijs beatissimus
Vitæ commodis abundans
Copijs opibusque affluens
Contra paupertatem paratus & ornatus.

To grow rich or thriue.

Ad maximas opes pervenire.

Rem

Rem reperire
Pecuniam colligere
Rem bonis & honestis rationibus augere
Patrimonium amplificare
Congeiere opes
Magnas commoditates consequi.

Riches, or substance.

Bona
Divitiæ
Opes
Florentissimæ fortunæ
Opulentia
Copiæ
Fortunæ amplissimæ
Commodorum abundantia
Thesaurus
Rerum affluentia
Census
Abundantia fortunarum.

Rife, frequent, common.

Frequens
Pervulgatus
Communis
Vbique obvius
Minime rarus
Pervagatus

To rifle, spoile, or robbe.

Spoliare
Diripere
Bonis exuere
Deprædare quem
Pecunijs privare
Exinanire
Bona per vim auferre
Facultatibus nudare
Excussum } dimittere
Exhaustum }
Emungere pecunijs
Bonis evertere

Right, or lawfull, &c.

Rectus
Iustus
Concessus
Legitimus
Æquus
Cum legibus congruens
Sanctus.

Rightly, or equally.

Recte
Iuste
Integre
Æque
Legitime

Rigorous, or austere.

In puniendo rigidus & severus
Austerus
Nimis asper
In supplicio crudelis
Ad imperium naturæ acerbitatem adiungens.

Rigor, cruelti, extremitie.

Summum ius
Asperitas
Austeritas
Iniquitas
Rigida animadversio in quem

Riot

Riot, waſtfulneſſe, prodigality.

Luxus, us
Luxuries
Profuſio opum
Diſſipatio bonorum
Intemperantia
Prodigalitas

Riotous.

Luxurioſus
Intemperans
Profuſus
Prodigus
Omnia conſumens.

A ringleader of miſchiefe, or badneſſe.

Omnem malorum culpam ſuſtinens
Sceleris nefarij princeps
Improbitatis præceptor.
Flagitiorum { princeps / author }
Scelerum { author / ſignifer }
Seditionis fax
Patriæ { procella / turbo }
Architectus mali
Impulſor aliorum ad
Scelerum fontes aperiens
Faces nequitiæ præferens
Malorum artifex.

To rip vp.

Altius petere
Exordium
Commemorare
Ab initio repetere
Singulatim enumerare.

A Rogue, runnagate, or a vagrant perſon.

Erro
Vagus
In nulla ſede certa conſiſtens
Circumcellio
Transfuga
Stigmaticus.

To robbe, or ſpoile.

Diripere bona
Spoliare
Deprædari
Exhaurire
Exinanire
Per ſcelus adimere
Piraticam exercere
Fortunas alicui { vexare / diripere }

A robber of the commonwealth.

Prædo
Depeculator
Latro
Hirudo
Expilator
Evericulum
Sacrilegus
Direptor
Compilator
Populator
} Reipub.

To robbe the commonwealth.

Queſtui habere remp.
Detrimentum reip. inferre.

Remp.

Remp. { compilare,
Oppida { ſpoliare.
Ex bonis publicis prædā facere
Cives nudos & deformatos relinquere
In bona invadere reip.

Roially or Princely, &c.

Regius
Magnificus
Splendidus
Heroicus
Principe non indignus
Auguſtus
Imperatorius
Ampliſſimus
Pretioſiſſimus.

Roundly, nimbly, readily.

Rotundè
Prompte
Expedite
Celeriter
Volubiliter.

To root out, or vtterly to extinguiſh, &c.

Eradicare
Excindere
Extirpare
Evellere
Funditus tollere
Extinguere
Omnem improbitatem extinquere & delere
Non pati diutiùs
Abolere

To take deepe rooting.

Altas radices agere
Altius terræ inherere
Altiſſimis defigi radicibus
Penitus { inſidere,
{ imprimi.

Rude, vnlearned, or vneloquent.

Rudis
Incultus
Ignarus
Imperitus
Incondito ſermone vtens
Inquinatè & ſpurce loquens
Barbarè peregrineque loquens
Omnia ornamenta negligens
Inſtitutione nulla præditus
Indiſertus
Inelegans
Impolitus
Minimè politus aut elegans
Ab omni ſermonis elegantia abhorrens
Humanioris diſciplinæ expers
Vaſtè & hiulcè loquens.

Rude, vnciuill, or without education.

Ruſticus
Agreſtis
Male moratus
Impolitis } moribus
Inconditis }
Incultus, Inurbanus.
Inhumanus
Agreſtis.

Rudely,

Rudely, homely, or vnskilfully.

Impolite
Indocte
Ruſtice
Ineleganter
Incompte
Imurbane
Craſſa Minerua
Nulla arte
Nullo artificio.

A rudiment or beginning.

Rudimentum
Tyrocinium
Elementum
Principium
Aditus
Præludium
Initiatio
Catecheſis.

A ruffian, a lewd, diſſolute, or ſwaggering perſon.

Diſcinctus nepos
Vnguento } madens
Mero }
Comatus
Homo intemperans & diſſolut⁹
Diſſolutus.

Ruine, deſtruction or confuſion.

Interitus
Pernicies
Exitium
Everſio
Clades
Vaſtitas
Fatale infortunium.

Ruinous, or fallen in decay.

Ruinoſus
Vitium faciens
Caſui proximus
Fragilis
Coruiturus
Brevi collapſura
Male materiatus
Infirmus
Valde exeſæ ædes.

To come to ruine, or deſtruction.

Occidere
Labare
Perire
Extingui
In exitium ruere.

To ruinate, waſte, make deſolate.

Vaſtare
Diruere
Subvertere
Solo æquare } locum.
Proſternere
Depopulari
Exſcindere
Funditus tollere.

To compaſſe, or worke ones ruine.

Exitium conflare alicui
Interitum afferre alicui

Per-

Perniciem creare.

A rule or precept.

Præceptum
Inſtitutio
Lex
Præſcriptum
Inſtitutum
Præceptio
Canon.

To rule or gouerne.

Regere
Gubernare
Moderari
Temperare
Imperare
Præeſſe } populo.
Præſidere

Rule, or authoritie, &c.

Imperium
Poteſtas
Dominatio
Authoritas
Regimen
Præfectura
Eminentia.

A Ruler or gouernour.

Gubernator
Rector
Præſes
Præfectus
Reip. procurator
Adminiſtrator
Temperator } Reipublicæ.
Moderator
Rerum moderator

Populi { magiſter / rector
Magiſter.

To rumour or noyſe abroad.

Diuulgare
Diſſeminare
Notum facere
Prædicare } quid.
In vulgum edere
Diſſipare
Omnibus enarrare
Omnibus patefacere.

To runne or make ſpeed.

Currere
Aduolare
Properare } ad locum.
Feſtinare
Summâ pernicitate vti
Se proripere
Summam celeritatem adhibere.

To runne into danger.

Incurrere
Irruere
Præcipitare } in
Irrumpere
In apertam perniciem incurrere
Sibi { periculum / pœnas } creare / accerſere.

A runnigate, a land-leaper.

Transfuga
Erro
Qui nullum certum habet

Habi-

habitandi locum
Vagus.

A running at a race.

Curriculum
Stadij decurſio
Contentio de curſus velocitate
Paleſtricum certamen.

Ruſticall, clowniſh, or without education, &c.

Rudis
Ruſticus
Agreſtis
Imperitus
Omnis humanitatis expers
Agreſtibus inſtitutis prorſus vivens
Inurbanus.

Vide plura in *Rude.*

Ruthfull, lamentable.

Dolendus
Intollerabile ad dimittendum animum.
Luctuoſus
Lugubris
Triſtis
Ad dolorem acerbus
Lamentabilis.

Ruſtically or rudely ſpoken.

Inconditis verbis
Ruſticè
Inhumanitèr
Barbarè } dictum.
Inculcè
Craſſè
Non limatè } factum
Non exquiſite } dictum.

To ruffle or braue it out.

Seſe oſtentare
Vires ſuas nimium explicare
Seſe inſolentius efferre
Fulgere in veſtibus
Gladijs volitare
Se ſuſpicere, omneſque alios deſpicere.

S.

To Sacke, or ſpoile.

Exinanire quem
Spoliare
Bonis denudare
Diripere
Compilare
Exhaurire bonis
Nihil reliqui facere.

Sad or heauie, &c.

Mœſtus
Triſtis

Triſtis
Affli&tus
Suſpenſus
Anxius
Sollicitus } animo.
Demiſſus }
Sorditatus
Sollicitudine fractus
In triſtitia { tacitus / permanens.

Sadneſſe or heauineſſe.

Mœſtitia
Triſtitia
Dolor
Luctus
Animi moleſtia
Ægritudo
Anxietas
Demiſſio animi
Contractio animi.

To make ſad, to grieue, or to afflict.

Dolore afficere
Perturbare
Ægritudine afficere
Tritiſtiam in aliquo generare
Acerbitatem affere alicui
Solicitum habere
Mœrore percellere.

Safe, or preſerued from.

Incolumis } à malo.
Tutus }
Præſidijs ſeptus
A periculis procul
In portu nauigans
Illæſus
Contra mala munitus.

Safetie or preſeruation.

Salus
Conſeruatio
Columen
Incolumitas
Quies
Tranquillitas
Securitas.

To ſatisfie or pay, &c.

Diſſoluere } pecuniam.
Expedire }
Satisfacere }
Dependere }
Perſoluere }
Se ex ære alieno liberare.
Reddere } mutuo accepta.
Reſtituere }

To ſatisfie ones deſire.

Petitioni concedere
Rogatui ſatisfacere
Exaudire preces alicuius
Poſtulationem alicuius explere
Deſiderio alicuius gratificari
Se facilem obſecranti præbere.

To ſatisfie, pleaſe, or content a man.

Satisfacere } alicui.
Perplacere }
Voti compotem dimittere

Expectationem } explere,
Desiderium }

To salute, or to greet.

Consalutare }
Alloqui } quem.
Compellare }
Amicissimè se mutuò amplexari
Salutem accipere & reddere
Blandè & humanissimè appellare.

Sauage, cruell, or barbarous.

Ferus
Agrestis
Crudelis
Sylvestris
Sævus
Importunus
Truculentus
Immansuetus
Immanis
Barbarus
Omnis humanitatis expers.

Sauagenesse or cruell wickednesse, &c.

Sylvestris natura
Immanitas
Importunitas
Feritas
Inhumanitas
Sæuitia.

To salue or cure, &c.

Curare
Sanare
Mederi cui
Medicinam afferre rei
Ad sanitatem conuertere.

A salue or medicine, &c.

Medicina
Pharmacum
Remedium
Medicamentum
Antidotus
Alexipharmacum.

To saue or preserue, &c.

Auxilio conseruare }
Defendere }
Tueri } quem
Saluum præstare }
Ab aliquo mala depellere
Exitio liberare
Salutem expedire
Salutem dare
Recreare à calamitatibus
A seruitute vindicare
Saluum conseruare
A miseriarum sensu liberare
A calamitatibus prohibere
Saluti esse alicui
Saluum in portu collocare.

Sauing, or wholesome, &c.

Salutaris
Sospitans
Conseruans
Prosper
Vitam afferens.
Mala { depellens / auertens }
Benignus.

A Sauiour or preseruer, &c.

Seruator

Con-

Conseruator
Vindex libertatis
Patriæ salutaris assertor
Pater } patriæ
Parens }
Depulsor malorum
Seruitutis auersor.

Sauourie.

Sapore tinctus
Solidus
Succulentus
Palato adblandiens
Salutaris.

Saucie, or malapart.

Impudens
Petulans
Procax
Nimia audaciâ
Audaciâ singulari
Intemperantis linguæ
Inverecundus
Confidenter improbus

Saucily, unmannerly, impudently.

Petulanter
Proterue
Impudenter
Contumeliosè
Procaciter
Inverecunde.

To say or to speake.

Loqui
Dictitare
Prædicare
Pronuntiare
Affirmare
Asserere
Constantissimè asseuerare de.

A saying or sentence.

Sententia
Dictum
Apothegma
Axioma
Pronunciatum
Gnome.

Scarcely, or hardly.

Vix, & ne vix quidem
Propemodum
Ægrè
Difficulter.

Want or scarcenesse.

Penuria
Inopia
Indigentia
Paupertas
Caritas
Difficultas
Raritas
Sterilitas
Minima copia
Exiguus rerum prouentus
Exiguus numerus.

To scatter or disperse, &c.

Dispergere
Dissipare
Fundere
Disijcere
Distrahere

In fugam conjicere
Diſgregare.

Scandalous, or offenſiue.

Offenſionem præbens
Gravis } omnibus.
Moleſtus }
Offendiculum præbens
Odioſus
Offenſæ plenus
Faſtidioſus.

A Schoole, &c.

Schola
Ludus
Gymnaſium
Literarum cuniculum
Muſarum domicilium
Officina ſapientiæ
Vmbraculum ſtudioſorum.

A Scholler or ſtudent, &c.

Scholaſticus
Literarum alumnus
Studioſus
Tiro literarius
Diſcens
Diſcipulus
Homo de ſchola
Diſciplinæ alumnus
Doctrinæ cultor
Speculativam vitam agens
Profeſſor literarum.

A Schoolemaſter.

Præceptor
Puerilitiæ formator
Doctor
Magiſter
Inſtitutor
Pædagogus
Scholæ { moderator, gubernator.

To Schoole or inſtruct.

Docere
Inſtruere
Erudi e
Informare
Fingere
Literis expolire
Præceptis imbuere
Inſtituere
} quem.

To ſet to Schoole or learning.

Alere in literis
Præceptoribus inſtituendum tradere
Deſtinare ad muſas
Doctoribus erudiendum committere.

To Sclander, vide *Slander.*

To goe to Schoole, or be a ſtudent.

Frequentare ſcholam
Operam dare literis
Vti præceptore
Verſari in Muſarum ſtudijs
Grammaticæ diſciplinæ alumnus eſſe.

A Science, Art or Trade.

Ars.

Scientia

Scientia
Artificium
Studium
Certum vitæ genus

To scoffe at a man.

Irridere
Dicterijs illudere
Scommatis incessere
Ludere in quem
Iocari in hominem
Illudere } quem
Falsè illudere }

A sconce, castle, or hold.

Propugnaculum
Castellum
Munimentum
Asylum
Vallatus locus
Locus septus, & munitus.

To scourge, or whippe.

Verberare
Flagellare
Multare
Flagris coercere } quem
Virgis afficere
Plagis onerare

To scoure, clense, furbish

Purgare
Detergere
Emundare
Nitorem conciliare
Splendorem accersere rei.

The scope, drift, or purpose

Propositum
Institutum
Mens
Intentio
Sententia
Vis
Consilium.

Scornefull, or disdainefull.

Fastidiosus
Delicatus
Aliorum contemptor
Fastuosus
Derisor
Aliorum iudicium aspernans
Sui tantum admirator.

To scorne, deride, or contemne

Fastidire
Cavillis excipere
Deridere
Facile contemnere
Ludificari
Pro ludibrio habere
Aversari } aliquos
Rejicere }

To scourge, chastise, beat, or whip.

Castigare
Corrigere
Flagellare } quem
Verberare
Cædere
Verberibus animadvertere in quem

A Scribe, or Secretarie.

Scriba
Librarius
Tabularius
Amavensis
Scriptor
Bibliographus
Actuarius
Subsecutor verborum dictantis

Scrupulous, precise, or superstitious.

Suspensus animo
In dubio
Anceps
Religiosculus
Curiosulus
Superstitiosulus

To see, view, or behold.

Cernere
Oculis perlustrare
Aspectu sentire
Contemplare
Spectare
Speculari
Intueri
Considerare

A notable sea-man.

Vir maritimis rebus exercitatissimus
Rerum nauticarum peritissimus
Marinorum negotiorum scientissimus
In navigando spectatissimus

To seaze upon a mans goods,

Alienas possessiones vi vsurpare

In { bona / divitias } { alicuius } { invadere / involare / impetũ facere }

In fortunas alicuius irrumpere
Aliena bona in suam potestatem redigere
Res alienas vsurpans

Season, or fit opportunitie.

Occasio
Oportunitas
Locus
Idoneum tempus
Hora exoptatissima
Ansa rei bene rei gerendæ
Apta tempestas rei

To season with, or to temper

Imbuere
Temperare
Miscere
Condire
Dilinire

In due season, seasonably.

Oportune
Ipso tempore
Peroptato
Optime
Temstive
Percommode
Æquissimo tempore.

Sta-

Seasonable, or in good time.

Opportunus
Tempestiuus
Exoptatus
Maturus
Ad tempus aptum.

A search or inquisition.

Indagatio
Inuestigatio
Inquisitio
Exploratio
Examinatio
Inspectio.

To search or sift.

Inuestigare
Inquirere
Explorare
Indagare
Scrutari
Quem sagacissimè odorari
Inspicere.

Secret, or hidden, &c.

Arcanus
Absconditus
Ablitus
Retrusus
Tectus
Abstrusus
Clandestinus
Opertus
Occultus

A secret or mysterie.

Secretum
Arcanum
Mysterium
Res abdita & perincondita
Absconditum quiddam.

Secrecie, silence.

Silentium
Taciturnitas
Secreti tenacitas.

To keepe secret, to hide, or conceale.

Celare
Silentio supprimere } quid
Clausum tenere
Tacitum asseruare
Conticescere de.

Secretly or closely, &c.

Clàm
Clandestinè
Occultè
Absconditè
Secreto
Tectè
Latenter
Ex occulto
Furtim.

Security, safety, well-fare.

Securitas
Salus
Incolumitas
Malorum vacuitas
Tranquillitas
Fœlicitas.

Sedition, &c.

Seditio
Coniuratio
Tumultus

Bellum ciuile
Diſſidium
Motus
Diſcordia ciuilis
Inteſtinum bellum.

Seditious, &c.

Seditioſus
Rerum nouandarum ſtudioſus
Magnarum tragœdiarum excitator
Coniurator
Factionum concitator
Turbulentus
Multitudinem inflammans ad bellum.
Publicam pacem violans.

To ſeduce, or bring into error.

A vero abducere
Peruertere
Animos ſuperſtitione implere
Malis ſtudijs & doctrinis hominum animos euertere
In abſurdas & falſas opiniones inducere.

To ſee, behold, view, diſcerne.

Videre
Cernere
Aſpicere
Oculis obire
Aſpectu percipere
Contueri
Conſpicari
} quid.

To ſeeke for.

Inquirere
Conſectari
Indagare.

Seldome, or rarely.

Infrequenter
Parcè
Minùs ſæpe
Rarò
Magnis adhibitis interuallis.

Selfewilled or opinatiue.

Suæ opinioni addictus
Opinaſter
Nimium benè de ſe ſentiens
Pertinax
Suæ præſtantiæ admirator
Suam ſapientiam omnibus alijs anteponens.

A Seller.

Venditor
Vendax
Inſtitor
Negotiator
Nundinator
Mercator
Propola.

To ſell away, or to alienate.

Diuendere
Diſtrahere
} quid.
Transferre ab alijs
Nummo addicere
Pecunia commutare
A ſe abalienare.

Seemely, decent, comely.

Decus
Decorus
Venuſtus

Viſen-

Visendus
Spectabilis.

To send for a man.

Accersere
Accire
Aliunde abducere
Ad vocare
} aliquem.

To send away packing.

Ablegare
Amandare
Relegare
Ignominiosè dimittere
Turpiter dimittere
In exilium mittere.

Senseleſſe or ſottiſh, &c.

Rationis expers
Stupidus
Abſurdus
Abſonus
Brutus
Senſus expers
Plumbeus
Fatuus.

The ſence or meaning.

Senſus
Mens
Sententia
Intelligentia
Notio
Significatio.

Senſible.

Sub ſenſus cadens
Perſpicuus
Perceptibilis
Euidens.

Senſuall, or giuen altogether to his pleaſure.

Cupiditatibus ſeruiens
Voluptatis mancipium
Luxurioſus
Voluptuarius
Libidinoſus
Venereus
Omnia ad voluptatem referens.

Senſualitie, or beaſtlineſſe.

Mollities
Vita voluptuaria
Luxus
Libido.

A ſentence, or wiſe ſaying.

Apophthegma
Adagium
Prouerbium
Gnome
Sententia
Diuinum axioma
Dictum memorabile.

To ſeparate from, &c.

Seponere
Seiungere
Diſparare
Segregare
Divellere
Diſiungere
Diſcindere
} quid.

Per.

Secernere
Discernere.

A separation, &c.

Separatio
Segregatio
Seiunctio
Secluſio
Diſcluſio.

To ſearch or ſift out.

Perueſtigare
Perſcrutari
Acutiſſimè indagare
Anxie perquirere
Expiſcari
Diligenter inquirere
Odorari quam ſagaciſſimè
Explorare
E tenebris eruere
Inveſtigare
Inquirere.

A Sermon, or ſpeech to the people.

Concio
Sermo
Oratio
Homilia
Adhortatio
Explicatio ſacra.

To make a Sermon or ſpeech.

Concionem habere
Evangelizare
Dei verbum prædicare
Concionari
Ex verbo Dei adhortari
Scripturas interpretari.

To heare, or to be preſent at a Sermon.

Homiliæ intereſſe
Audire
Attendere } concionem.
Ab ore concionatoris pendere.

A ſeruant or an attendant.

Famulus
Aſſecla
Aſſectator
Miniſter
Comes
Mancipium
Pediſſequus
Cliens
Seruitium.

To ſerue or tend vpon a man.

Ad nutum alicuius expectare
Comitari
Aſſectari
Colere
Se totum alicui addicere
Se totum ad arbitrium alicuius componere
Operam navare.
Seruire
Famulari
Miniſtrare } alicui.
Operam dare
Dicare ſe cui.

To ſerue God, or to worſhip.

Deum colere

Se

Se totum Deo addicere
Horrere divinum numen
Iehovam debito, & sincero cultu adorare
Puram & iustam Deo veneration-onem præstare
Deo servire
Deum venerari & invocare
Divinum cultum Deo tribuere
Summa religione Deum colere
Res divinas facere.

To serue, or doe notable seruice to.

Egregiam operam navare
Vsui } esse alicui
Vtilitati }
Partes ei attributas præclare peragere
Officium vtile præstare.

To serue, or be seruiceable to &c.

Nutum alicujus intueri
Deservire } alicui
Famulare }
Operam alicui } navare præstare
Diligenter colere & observare aliquem
Ad arbitrium alicujus se totum fingere & accomodare

The seruice of God, or religion

Cultus Dei
Religio
Forma Deum adorandi
Sacra
Divini cultus mysteria & ceremoniæ
Divini numinis adoratio & invocatio
Pietas.

Seruice, or attendance.

Opera
Servitium
Ministerium
Obsequium
Officium
Observantia
Cultus

Serviceable, or duetifull vnto

Officiosus
Obsequiosus
Nutum alicujus observans
In omni officio elegantissimus
Fidele obsequium alicui præstans
Omnem operam & studium navans alicui
Ad omnes operas promptus

Serving vnto, tending to

Opportunus } rei
Vtilis }
Aptus }
Ad vsum { comparatus accommodatus destinatus

Set

Set, solemne, fit, ordinarie.

Status
Fixus
Pactus
Definitus
Certus
Præstitutus
Præscriptus
Determinatus
Peculiaris
Præfinitus.

To set downe, ascribe, declare.

Describere, Proponere, Notare, Exprimere, Explicare, Tractare } quid

To set to schoole, &c.

Ad literas destinare
Doctoribus perpoliendum committere
Musarum studijs aliquem consecrare
In disciplinam tradere

To set on worke.

Onus alicui imponere
Opere exercere
Faciendum alicui locare
Occupare quem

To set forth, beautifie, or commend a matter.

Illustrare
Ornare, Commendare, Expolire, Exornare } rem
Decus & dignitatem adjungere
Splendorem causæ accersere
Suavitatem afferre rei.

To set, or place, &c.

Collocare
Disponere
Ordinare
Digerere
Constituere

To settle or establish.

Corroborare, Confirmare, Stabilire, Sancire, Figere, Fundare, Componere } quid

Setled, or established, &c.

Confirmatus
Corroboratus
Probe fundatus
Stabilitus
Inveteratus
Compositus
Constitutus
Disciplina designatus
Firmitudinem habens

Shameleſſe, or brazenfaced.

Impudens

Ore

Ore duriſſimo
Petulans
Perfrictæ frontis
Alienus à modeſtia
Immodeſtus
Inverecundus
Sine omni metu & reverentia
Ad nullum facinus erubeſcens.

Shame or reproach, &c.

Dedecus
Opprobtium
Ignominia
Contumelia
Pudor
Probrum
Convitium.

To Shadow forth, &c.

Adumbrare
Præ ſe ferre
Depingere
Delineare
Repræſentare
} quid.
Penecillo deſcribere
Lineis & coloribus illuſtrare.

Shamefaſt, modeſt, baſhfull.

Pudens
Pudicus
Modeſtus
Rubicundus
Alienus ab impudentia.

Shameſull, diſgracefull vnto.

Contumelioſus
Ignominioſus
Turpis
Indecorus
Inhoneſtus
Infamis
Ad exiſtimationem alicuius ſordidus.

To Shake or moue, &c.

Quatere
Concutere
Agitare
Labefactare
Commovere
Convellere
} quid.
Fundamenta labefactare.

To Shame or diſgrace.

Ignominioſè notare
Dedecore afficere
Infamiam alicui aſpergere
Notam infamiæ inurere alicui
Contumelioſe tractare
Dehoneſtare.

Sharpe-witted, &c.

Acutus
Ingenioſus
Solers
Argutus
Perſpicax
Acute videns in cauſis
Ingenium in promptu habet
Celerrime res oblatas percipiens.

Sharply, wittily or ſubtily.

Acutè
Subtiliter
Erudite.

Dia-

Dialectice
Ingenioſe
Argute
Callide.

Seuerally, diſtinctly, apart.

Separatim
Diſtincte
Seorſim
Diviſim
Sigillatim
Diſiuncte.

Seueritie, ſharpeneſſe, rigour.

Severitas
Diſtrictio
Auſteritas
Aſperitas
Rigor
Acerbitas in puniendo

A ſhelter, or defence.

Defenſio
Patrocinium
Ditio
Tutela
Aſylum
Perfugium
Columen
Latibulum
Sanctuarium

To ſhelter, ſuccour, or defend

Tutari
Defendere
Authoritate tueri
In ſuam fidem & clientelam ſuſcipere
Protegere
Receptum tutum præbere alicui.

To ſhrowde, ouer or defend, vide *ſhelter.*

To ſhew, or declare, &c.

Demonſtrare
Declarare
Oſtendere
Explicare
Ediſſerere
Exponere
Narrare quid alicui

A ſhew, or flowriſh.

Pompa
Oſtentatio
Præluſio
Spectaculum
Species inanis

To ſhew, or bring forth, to vter, or open, &c.

Edere
Profundere
Oſtendere
Explicare
Procreare
Parere
Germinare

To make a ſhew of, to pretend.

Simulare
Præ ſe ferre
Pretendere

In

In defensionem suam afferre
Profiteri
Protestari.

A shift or euasion, &c.

Latebra
Effugium
Subterfugium
Diuerticulum
Elabendi via
Fraus.

To vse, or seeke shiftes, euasions, starting holes.

Mera effugia quærere
In omnes facies, & species se vertere
Reperire rimas
Ad fraudes se conuertere.

To shine forth, or appeare, &c.

Elucere
Enitere
Clarere
Resplendescere
Effulgere
Lumen efferre suum.

Short, or briefe, &c.

Breuis
Concisus
Contractior
Angustus
Compressus
Paucioribus verbis expressus.
Paucis verbis comprehensus.

Shortnesse or breuitie.

Breuitas
Compendium
Contractio
Rerum compressio
Concisa rerum complexio
Verborum paucitas.

To shorten or abridge a matter, &c.

Ratione & distributione sub vno aspectu ponere
Coarctare
In vnum locum colligere
In paruum & angustum locum concludere
Breui comprehendere
Contrahere.

Shortly, compendiously, or in few words.

Summatim
Strictè
Angustè
Compressè
Paucis verbis
Breuiter
Compendiosè
Non multis verbis.

Shortly, or within few dayes.

Breui
Propediem
Paucis diebus
Breui temporis curriculo
Exiguo spatio.

To shunne, decline, or auoide.

Vitare

Effu-

Effugere
Eludere
Declinare
Amoliri
Præcauere
Auertere
} quid.

A ſhunning or declining.

Fuga
Declinatio
Auerſio
Euitatio
Cautio.

To ſhut out, to barre out.

Excludere
Aditum præcludere cui
Peſſulum foribus obdere
Aditu prohibere
Ab ingreſſu arcere.

To be ſicke or ill at eaſe.

Ægritudine corporis opprimi
Sanitate carere
Ægrotare
Decumbere
Morbo laborare
Contrahere morbum
Languere
Ægrotationibus varijs affligi.

Sicke or ſickely, &c.

Infirmâ & imbecillâ valetudine
Morbis affectus
In morbum lapſus
Lecto decumbens
Morbis tentatus
Graviſſime æger
Ægritudine corporis laborans
Malè habens
Periculosè ægrotans
Ad morbos propenſus
Nullâ pene valitudine
Languidus
Valetudinarius.

Sickneſſe or diſeaſednеſſe.

Ægritudo
Morbus
Corporis offenſio
Perdita
Aduerſa
} valetudo.
Languor & debilitas corporis
Valetudinis infirmitas.

To ſigh, ſob, or grone.

Ingemiſcere
Vehementer dolere
Contriſtari
Contrahere animum
Dolere
Mœrere
Suſpirare.

To ſift, bolt, ſearch out.

Diſquirere
Sagaciter odorari
Exquirere
Expiſcari
Eruere
Excutere
Perſcrutari
Elicere
Explorare
} quid.

Subti-

Subtilius inſpicere
Anxie rimari
Paulo penitus indagare
Curioſe diſquirere.

Sightly, goodly, comely.

Ad ſpeciem ſplendidus & illuſtris
Viſendus
Spectabilis
Specioſus
Ad aſpectum venuſtus
Dignus ſpectatu
Decorus
Pulchritudine conſpicuus
Oculis gratiſſimus.

Significant, emphaticall.

Peculiarem emphaſin habet
Notabilis
Obſeruatione digniſſimus
Significantiſſimus.

Sighes, ſobs, or groues.

Gemitus
Singultus
Suſpiria
Planctus
Internæ ſolicitudines.

In ſight, or before ones eyes.

Palam & aperte
Palam & publice
Omnibus inſpectantibus
In conventu & in luce populi
In propatulo
In conſpectu
Omnibus conſcijs.

To ſignifie, or to ſhew before hand, to foretell.

Significare
Declarare
Protendere
Prædicere
Diuinare
Prænunt are
} quid.
Ominari
Indicium rei edere.

Signification or meaning.

Senſus
Sententia
Significatio
Vis
Mens
Notio.

Signe, or token of, &c.

Monumentum
Signum
Significatio
Specimen
Nota
Indicium, Teſtificatio.

Simple, or without compoſition

Simplex
Compoſitionis expers
Vniformis
Indiuiſus
Vnius generis
Nulli rei alij mixtus
Minime concretus.

Simplicitie, or ſhallowneſſe of vnderſtanding.

Simplicitas

Iudicij inopia
Hebetior ad intelligendum sensus
Tarditas ingenij
Ruditas.

To be silent or mute.

Silere
Conticescere
Nullum verbum facere de
Orationem non attingere
Silentio præterire
Obmutescere
Tacitum relinquere
Elinguis esse.

Simple, or void of craft.

Candidus
Simplex
Apertus
Sine fuco
Homo antiquus
A simulandi arte remotissimus
Incallidus
Omnibus fidem habens.

Simple, or of meane apprehension or wisedome.

Minus consilij habens
Experientiæ expers
Inopia iudicij laborans
Angusto sensu
Simplex
Nulla indole
Labilis memoriæ
Nullius acuminis

Simplicitie, or plaine dealing.

Candor
Simplicitas
Ingenuitas
Apertum pectus
Integritas.

Sincere, ingenious, vpright or vndissembled.

Minime dissimulatus
Syncerus
Liquidus
Germanus
Purus
Genuinus
Incorruptus
Ingenuus
Sanctus
Solidus
Minime fucatus
Expressus
Honestus
Integer
Ab omni mixtione segregatus.

Sincerely, incorruptly.

Syncere
Pure
Integer
Incorrupte
Ingenue
Caste
Sancte
Religiose
Incontaminate
Sine fraude & fuco.

Singular, or excellent, without peere.

Singularis

In

Inter omnes excellens
Summus
Diuinus
Quantiuis prætij
Vnicus
Præstantissimus
Nullum habens socium
Ad omnia summa natus
In omnibus rebus præcellentissimus
In suo genere princeps
Vir omni existimatione ornatissimus
Maxime rarus
Reipub { luminare / sydus / gemma.

Singularly, or notably.

Politissime
Eximie
Summe
Admirabiliter
Excellenter
Egregie
Exquisite
Peritissime
Vltra expectationem
Cum summo artificio.

To Sing.

Canere
Psallere
Cantare
Modulari
Vocem ad modus attemptare.

To Sinne, or offend.

Peccare
Delinquere
Culpam committere
Offendere
Legem Dei violare
Errare
Labi
Praue agere.

Sinne, or the breach of Gods Lawes.

Peccatum
Delictum
Vitium
Offensa
Transgressio.

Sinfull, or wicked, &c.

Nefarius
Vitiosus
Facinorosus
Sceleratus
Contaminatissimus
Criminosus
Malignus.

Senseless, or without fault.

Absque omni peccati admixtione
Inculpatus
Irreprehensibilis
Ne tantillum offendens
Incontaminatus
Impollutus
A peccato { purus / immunis.

A sinner, offender, or a transgressor of Gods commandements.

Peccator
Legis divinæ violator
Culpæ reus
Delinquens
Transgressor.

Skilfully, in print.

Perite
Artificiosè
Scienter
Intelligenter
Solerter
Eleganter.

A Skirmish, or conflict.

Certamen
Dimicatio
Prælium
Concertatio
Conflictus
Pugna
Velitatio.

To Skirmish or combat with, &c.

Contendere
Dimicare
Præliari } cum.
Velitari
In certamen descendere cum aliquo.
Decernere armis cum
Manum conferre
Decertare
Conflictari } cum aliquo.

Skilfull in a matter, or very well seene in, &c.

Exercitatus
Bene peritus
Gnarus } rei.
Probe versatus
Callidus
Sciens
Optime callens rem
Exercitatissimus.

Skill or cunning, &c.

Ars
Scientia
Peritia
Intelligentia
Doctrina
Cognitio
Accuratio
Vis
Artificium
Iudicium
Exquisita perfectio.

Slacke, remisse, or backward, &c.

Remissus
Languidus
Tardus
Indiligens
Lentus
Supinus
Oscitans
Aversus

Neg-

Negligens.

Slackneſſe, negligence.

Remiſſio
Indiligentia
Languor
Socordia
Negligentia
Oſcitantia
Tarditas

Slackly.

Remiſſe
Negligenter
Languide
Oſcitanter
Indiligenter
Tarde
Lente.

To ſlander, or lay falſe imputations vpon a man.

Maledice aliquem excipere
Famam alicujus lædere
Criminari
Inceſto ore lacerare quem
De gloria alicujus detrahere
Obtrectare cui
Infamare contumelijs
Calumnijs deformare
Falſo & inique loqui de
Laudes alicujus obterere
Falſa alicui objicere
Convitia maxima alicui facere
Maledicta temere in aliquem conjicere
Infamia quædam de aliquo diſſipare
Crimen in aliquem confingere
Aliquem iniuſte { criminari / calumniari

A ſlandering, or falſe accuſation.

Contumelia
Convitium
Probrum
Detractio
Maledicentia
Falſa criminatio
Oblocutio
falſorum obiectio

Slanderous, or ignominious vnto, &c.

Contumelioſus
Ignominioſus
Turpe
Inhoneſtus } cui
Infamis
Indecorus.

A ſlanderer of a man.

Convitiator
Calumniator
Criminum confector
Obtrectator
Detractor
Vituperator
Criminator injuſtus.

Slaughter, murther, or maſſacre.

Cædes
Strages
Homicidium

Laniena
Clades
Occisio
Internecio
Mactatio hominis.

Slauish, or basely minded, &c

Angustum animum habens
Abiecto, Iejuno, Pusillo, Exili, Servili } animo
In res humiles omnem cogitationem conjiciens
Ne micam fortitudinis & heroicæ virtutis habens

To slay, kill, or murder.

Occidere
Contrucidare
Interficere
Perimere
Excommunicare
Hominem exterminare
E finibus humanæ vitæ ejicere
E numero viventium excludere.

A slaue, vassall, boudman.

Mancipium
Verna
Captivus
Servus vilissimus
Alieni arbitrij
Alienæ tyrannidi subiectus

To bring into slauerie, or bondage.

Servitute subigere
Libertate privare
Servituti addicere
In servitutem mancipare
Imponere servitutem alicui.

To sleepe, or take his rest.

Dormire
Quieti sese dare
Requiescere
Sese somno recreare
Conquiescere
Lecto se reficere
Prolabi in somnum.

Slie, close, cunning.

Vafer
Callidus
Lucidiosus
Fraudem artificiose tegens
Tectus dissimulator
Vulpino ingenio
Occultis moribus præditus.

Slily, dryly.

Callide
Dissimulanter
Fraudulente
Insidiose
Tecte.

Slothfulnesse, idlenesse.

Pigritia
Socordia
Ignavia
Otium
Desidia

Tor-

Torpor
Oſcitantia.

To be ſlow, or take leyſure enough.

Lente procedere
Tardiores habere progreſſus
Cunctari
Moram adhibere
Lentis vti progreſſibus.

Smart, ach, paine.

Dolor
Cruciatus
Acerbitas
Vivus ægritudinis ſenſus
Pæna.

To ſmart for a matter, to ſuffer for it.

Pænas luere
Graui ſupplicio expiare
Suæ nequitiæ pænas dare
Suo malo redimere quid.

A ſmatterer or bungler in a matter.

Dolator
Hoſpes
Peregrinus
} in re.
Baiulus
Inexercitatus
Rudis, Tyro
Neophytus.

Small or little.

Parvus
Exiguus
Minutus
Exilis
Anguſtus
Modicus
Pertenuis.

To ſmell, or ſent.

Olere
Sapore percipere
Naribus haurire
Olfactu dijudicare
Odorari

To ſmell ſweet.

Redolere
Suauitatem effundere
Gratum odorem emittere
Odorem efflare
Fragrare
Naribus adblandiri.

Smelling ſweet, &c.

Suavis
Odoratus
Redolens
Fragrans
Naribus adblandiens.

To ſmite, ſtrike, or beat.

Cædere
Percutere
Ferire
Manus injicere in aliquem
Vim inferre
Verberare
Contundere pugnis
Percellere
Vulnerare.

A ſnare, gin, trap.

Laqueus
Tendicula
Inſidiæ
Dolus.

Snappiſh, waſpiſh.

Mordax
Dicax
Irritabilis
Aſper
Iracundus
Contumelioſus
Acerbus.

To ſnib, checke, or rebuke.

Aſpere perſtringere
Increpare
Invehi in aliquem
Reprehendere
Verbis caſtigare
Coarguere
Obiurgare
Criminari
Exagitare
} quem.

A ſober, or temperate man.

Vir ſobrius
Temperans
Modeſtus
Verecundus
Pudens
In omnibus vitæ partibus moderatus & abſtinens
A libidine & cupiditatibus remotiſſimus.

Sobrietie, temperance.

Sobrietas
Temperantia
Frugalitas, Modeſtia
Modus in dictis, factis, veſtitu.

Sociable, fellow like, a good companion.

Suauiſſimus conuictor
Coniunction is
Societatis
} appetens
Se hominibus aggregans
Ad vitæ conſuetudinem accommodatiſſimus
Socialis.

To ſoiourne, or abide in a place

Convivere
Requieſcere
Commorari
Subſiſtere
} cum aliquo.
Sedem habere in loco
Manſionem in loco facere
Permanere
Peregrinari
} in { vrbe. gente.

Solemnly, religiouſly, with great pompe and obſeruance, to keepe, and obſerue

Summa religione colere
Solenni ritu conſecrare
Memoriam rei ſancte renouare
Cum pompa & iuſtis ceremoniis celebrare
Reuerenter obſeruare.

To liue ſolitary, &c.

Cætus hominum relinquere
Hominum conſpectum fugere

Frequen-

Frequentiam hominum vitare
A negotijs, quodam animi ſtudio abhorrere
Receſſum quærere
Odiſſe celebritatem
Latitare
Ab hominum ſocietate ſe remouere.

Solitary, or void of company, alone.

Solus & ſine hominum ſocietate
Hominum vicinitate carens
Ab omnibus derelictus
Solitarius
Sibi vivens
Sine amicis & conuictoribus.

A ſolitary place.

Receſſus
Solitudo
Locus ab arbitris remotus
Semotus } angulus
Obſcurus }
Locus { incultus / ſolitarius.

To ſolace or comfort, &c.

Conſolari
Recreare
Mærorem alleuare
Luctus mitigare conſolando
Erigere } iacentes.
Excitare }
Leuare luctum mitius
Magna ſolatia dare alicui
Expectatione bonarum rerum erigere
Luctum remouere
Oratione delinire.

Solace or comfort.

Conſolatio
Doloris alleuatio
Malorum remedium
Iucunda ægræ mentis recreatio
Lenimentum miſeriarum.

To be ſolitary, or to ſequeſter himſelfe from company.

Domi ſe continere
Publico carere
Lucem non aſpicere
Ab omni ſocietate faceſſere
Solus eſſe
Cætus hominum relinquere
Se in tenebras addere
Vitare hominum frequentiam
Ab hominum conſpectu ſeſe remouere
Hominum commercia fugere
A conſuetudine hominum longiſſius diffugere.

A ſong, or dittie.

Canticum
Cantilena, Oda
Carmen
Pſalmus.

A ſouldier, or he that leades and ſpendeth his life in the warres.

Miles
Armatus
Bellator
Militiæ merens
In caſtris vivens
Bellicoſus.

To

To sooth vp, or to flatter.

Assentari
Adulari } alicui.
Blandiri
Omnia assentari
Blanditijs alicuius beneuolentiam captare
Assentatiunculis gratiam occupari
Falsis exornare laudibus
Omnia ad voluntatem alterius loqui.

Sophisticall, cauelling, wrangling.

Sophisticus
Fallax
Tortuosus
Perplexus
Ambiguus
Captiosus.

To be sorry for a man, to pitie, or lament his case.

Deplorare alicuius vicem
Mærere alicuius incommodis
Ægritudinem capere ex alienis malis.

Sorrow or griefe, &c.

Dolor
Ægritudo
Mæstitia
Solicitudo
Molestia
Acerbitas, Anxietas.

Sorrowfull, or pensiue, &c.

Tristis
Mæstus
Sollicitus
Anxius
In sordibus & mærore iacens
Ægritudine confectus
Molestia affectus
Gemebundus.

To be sorrowfull, or heauie.

Dolere
Ægritudine affici
Se mærori tradere
Contristari
Ingemiscere
Plangere
Lamentari.

To make sorrowfull.

Serenitati nubem inducere
Ægritudine afficere
Tristitiam afferre alicui.

To make sorrowfull, or heauie

Contristare
Dolore afficere
Angere
Sollicitum habere
In magnam tristitiam conjicere
Mæstum reddere
Fodicare } hominem.
Angere

Sottish, or senseleste.

Stupidus
Hebes
Saxeus
Plumbeus
Fatuus
Sensus expers

Nihil

Nihil intelligens.

Soueraigne, or that doth effectually cure.

Salutaris
Efficax
Medendi vim habens.

Soueraigne, or chiefe.

Summus
Principium tenens
Supremus
Princeps
Maximus
Imperium & ius in omnes habens
Summus magiſtratus
Rerum potiens
Plane omnium dominus
Reip. centrum
Summa authoritate
Vitæ neciſque poteſtatem habens
Facile princeps
Imperio præſidens
Reliquis omnibus magiſtratib⁹ imperans
Altiſſimum & maxime excellentem locum in repub. tenens
Nullum habens parem aut æqualem.

Soueraigntie, or ſupremacie.

Suprema poteſtas
Principatus
Summa rerum
Dominatus
Regia poteſtas
Imperium.

A ſouldier, or Warrier, &c.

Miles
Armiger
Caſtra ſequens
Bellator
Armatus
Militiæ profeſſor
Imperator.

Souldier-like, or valiant.

Militaris
Bellicoſus
Perpugnax
Vir in armis ſtrenuus
Armis valens
In pugnis excellens
Fortis in prælio
Animo acri & preſenti
Virtute & fortitudine præſtans.

Sound, wholeſome, healthfull.

Sanus
Saluber, bris
Salutaris
Sanitatem afferens
Solidus
Beneficus

Sowre, ſharpe, or vnſweet.

Acerbus
Acer
Auſterus
Inſuavis guſtui

Spece

Space, time, leasure.

Spacium
Tempus
Intervallum temporis
Otium
Horæ succisivæ.

Sparing, frugall, thriftie, a good husband.

Frugalis
Parce sumptum facieas
Nihil temere profundens
Modico apparatu victuque contentus
Sumptibus detrahens
Parcens rerum dispensator

To spare, or beare with, &c.

Parcere } alicui
Indulgere }
Impunitum dimittere
Leniter & remisse tractare
Favere alicui.

Sparing, or a niggard, &c.

Restrictus ad dandum
Parcus
Durus
Parce, & duriter se habens
Parce, & restricte vivens
Suarum rerum tenax
Sordidus
Illiberalis

Speech, or talke, &c.

Colloquium
Sermo
Fama
Rumor
Prædicatio
Collocutio.

To speake, or vse talke.

Verba { facere / habere }
Sermonem instituere
Loqui
Differere
Eloqui
Dicere
Oratione vti
Oratione complere.

To speake, or vtter his minde.

Plane significare quid vult
Effundere quæ sentit
Animi sensa explicare
Sententiam exponere
Cogitata animi proloqui
Mentis consilia exponere
Dicendo expedire
Dicere quid sibi videtur
Suam sententiam afferre
Suam voluntatem significare.

To speake elegantly, or finely, to speake trimly, &c.

Attice dicere
Eleganter & illuminate loqui
Eloquentia cæteris antecellere
Divinitus } dicere
Enucleare }
Eloquentia florere
Pure & bene Latine loqui.

Speech, talke, conference.

Sermo

Oratio

Oratio
Locutio
Loquela
Colloquium.

Speciall, or particular.

Specialis
Particularis
Privatus
Singularis
Strictus
Minus generalis
Ad paucos pertinens
Vniversali contrarius.

To make speed, to vse expedition.

Festinare
Tarditatem vitare
Maximam celeritatem adhibere.
Maturare
Properare
Talaria, vel alas induere.

To speed well, to haue good successe.

Propositum assequi
Fæliciter omnia conficere
Voto potiri
Industriæ fructus percipere.
Pervenire ad id quod cupit.

Speedily, or with expedition.

Admirabili celeritate
Velociter
Quàm ocyssimè
Celerius opinione
Festinanter, Incunctanter.
Quamprimum.

To spend, or waste in vaine, &c.

Prodigere
Effundere
Consumere } quid.
Dissipare
Decoquere

A Spie or intelligencer.

Catascopus
Observator
Speculator
Excubitor
Nuntius
Index
Explorator
Emissarius
Emissitius.

To Spie, marke, or obserue.

Obseruare
Animaduertere
Notare
Inquirendo invenire
Inspicere
Curiosis oculis contemplari
Lustrare.

Spightfull or enuious.

Invidus & malevolus
Alicui iniquissimus
Malevolentia suffusus
Infestus
Acerbus in contumelijs
Amarulentus.

Con-

Contumelioſus
Virulentus
Vindictæ cupidus
Omnibus viribus aliquem oppugnans
Caninus
Infenſiſſimus
Arripiens quamuis lædendi occaſionem.

Spightfully.

Maleuole
Virulente
Nocendi animo
Acerbe
Malitioſe
Iniurioſe
Contumelioſe.

To Spill, ſpoile, marre, corrupt

Deprauare
Peruertere
Inficere
Corrumpere
Perdere
Inquinare
Contaminare.

To Spoile or waſte, to raze.

Vaſtare
Euertere
Diſſipare
Diripere
Solo æquare
Diruere
Excindere
Diſturbare.

Spoile or bootie, &c.

Præda
Spolium
Exuuiæ
Res captæ
Rapinæ
Manubiæ
Raptum.

Sport or paſtime, &c.

Ludus
Animi relaxatio
Ludicrum
Spectaculum
Iucunditas.

To mind Sport or play.

Dare ſe ad ludendum
Spectaculis & iudis teneri
Totum ſe voluptatibus tradere
Se iucunditati dare.

To ſport, or to recreate himſelfe.

Laxare animum
Dare interuallum animo
Animum à moleſtijs parumper abducere
Reſpirare } à ſtudijs grauio-
Quieſcere } ribus.
Dare ſe iucunditati
Feſſum ingenium oblectare
Ad omnem animi remiſſionem, ludumque deſcendere.

Sportfull, or full of play.

Ludibundus
Iocabundus

Ludis

Ludis deditus.

A ſpot or blemiſh, &c.

Labes
Nævus
Macula
Menda
Contaminatio.

Spotted or blemiſhed.

Contaminatus
Maculatus
Labe infectus
Maculis imbutus
Nævis aſperſus
Stigmaticus.

To ſpread abroad, or divulge.

Diſſipare
Diſſeminare
Late diffundere
Omnibus notum facere
Proferre
Enuntiare
In vulgus edere.

A ſpreading abroad.

Expaſſio
Explicatio
Dilatatio
Diſtenſio
Diſperſio.

To ſpring or ſprout forth.

Pullulare
Excreſcere
Germinare
Efflorescere
Exurgere
Exoriri
Seſe exercere
Naſci.

A ſpring, originall or beginning.

Origo
Ortus
Initium
Fundamentum
Radix
Seminarium
Fons.

To ſpurne at.

Calcitrare
Calcibus impetere
Conculcare
Pedibus terere
Peſſundare
Calcibus inſultare.

To ſtabbe or runne a man through, &c.

Transfugere pugione quem
Confodere
Ferro trajicere
Perfodere
Tranſmittere
Tranſadigere
Gladio penetrare.

To ſtagger, reele.

Titubare

Nu-

Nutare
Vacillare
Inconſtanter incedere.

A ſtay, prop, defence.

Fulcrum
Statumen
Suſtentaculum
Adminiculum
Firmamentum
Columen
Præſidium
Propugnaculum
Atlas.

To ſtay or let a man from, &c.

Impedire quo minus
Remorari
Retardare
Repellere ab inſtituto
Prohibere
Arcere
Reprimere, Detinere, Coercere } aliquem ne.

Stayed, ſetled or conſtant.

Conſtans
Firmus in propoſito
Sui ſemper ſimilis
In vetere ſententia permanens
Immobilis.

A ſtaine or ſpot.

Labes
Macula
Menda
Lues
Nævus
Contagio.

To ſtaine, ſpot or defile.

Polluere
Contaminare
Inficere
Labem aſpergere
Maculam imprimere } cui.
Sordibus inquinare
Impura contagione violare.

Stately, lordly, ambitious, proud.

Ambitioſus
Magnificentius ſe gerit quam pro conditione.
Tumido, Elato } animo.
Sublimes ſpiritus gerens
Imperioſus
Alto, Vaſto } animo.
Infra ſe poſitos contemnens.

A ſtate or condition, &c.

Status
Modus
Conditio
Vitæ genus
Ordo.

A ſetled, well ordered or flouriſhing ſtate of the common wealth.

Sapientiſſime & moderatiſſime con-

constituta respub.
Concors Reipubl. status.
Leges diligentissimè sancitæ
Præclaræ fundata respub.

To plot or practise against the State, &c.

Machinari
Cogitare
Fabricari
Meditari
Parare
Moliri
Parturire
Parere
} quid contr.

States, Peeres, or Nobles.

Purpurati
Proceres
Primates
Optimates
Viri regni primarij.

An excellent States man, or one that tendereth the good of the commonwealth.

Vir in procuratione ciuitatis egregius
Cõmunis salutis studiosissimus
Natalis soli commodis egregiè consulens
Pestis & vastitatis depulsor
Bene de omnibus promeritus
Beneficus & salutaris patriæ
Reipublicæ tuendæ peritissimus
Plebem valdè amplectens
Salutem publicam rebus omnibus antepõnens
In omni voluntate quod rat ones Reipublicæ ferunt, expectans
Egregiam operam reipublicæ navans
Fidem & animum singularem habens in reip.
Communi vtilitati inserviens

A statute, decree, or Law.

Lex
Statutum
Constitutio
Decretum
Scitum
Edictum
Institutum
Sanctio
Præscriptum.

To stirre vp to.

Excitare
Impellere
Incendere
Acuere
Instigare
Extimulare
Alicuius animum acuere.

A steward or disposer, a Bailiffe.

Procurator
Dispensator
Dioecetes
Curator
Rerum alicuius administrator

Conductor
Oeconomus
Villicus.

A stout man, or a man full of valour or courage.

Strenuus
Fortis
Robustus, ac incredibili animi robore septus
Nullo metu perterritus
Animo alto & excelso
Animi magnitudinem ad rem afferens
Potens
Virtute præstans
Animo infracto
Maximi animi
Nullius vim pertimescens
Magnanimus
Virilis
Nervosus
Valens
Virium firmitate præstans.

Stoutly or valiantly.

Strenuè
Impigrè
Audacter
Animosè
Fortiter
Viriliter.

A stocke, linage, gentry.

Genus
Stirps
Prosapia
Locus
Stemma
Familia.

Store, plenty, abundance.

Copia
Abundantia
Affluentia
Vbertas
Multitudo
Vis
Varietas
Magnus prouentus.

Stoutnesse of mind, courage, valour.

Fortitudo
Invicta vis
Præstantia
Magnitudo } animi.
Altitudo
Virilitas
Strenuitas

A stranger or forainer, &c.

Peregrinus
Alienigena
Advena
Hospes
Alienus
Extraneus
Inquilinus.

To steale, filch, purloine.

Furari
Furtum facere
Vivere ex rapto
Surripere aliena
Bonis alienis manus afferre

Clxv

Clam ſubducere.

Stinking, vnſweete, vnſauorie.

Tetrum odorem exhalat
Fœtidus
Olens hircum
Inſuauis
Nares offendens.

Stedfaſt, ſtable, firme.

Stabilis
Immobilis
Firmus
Certus
Conſtans

To ſtint or ceaſe.

Supprimere
Compeſcere
Finire
Extinguere
Sedare
Tollere
} malum.

To ſting.

Mordere
A culeos emittere
Pungere
Venenata lingua inficere.

A ſtrange or prodigious matter, vncouth.

Prodigium
Portentum
Inuſitatum
Maximè rarum
Inſolens
Sine exemplo
Inauditus
Inſolitus.

Strange countries, &c:

Peregrinæ terræ
Exteræ nationes
Remotæ gentes
Tranſmarinæ regiones
Diſiunctiſſimæ oræ.

To Stray or erre, &c.

Errare
Labi
Falli
Decipi
In errores magnos induci
Hallucinari.

Strange or new, mirabile, & ſeldome ſeene.

Mirabilis
Inſolitus
Inauditus
Prodigioſus
Inuſitatus
Fidem ſuperans
Nouus
Rarus
Inprimis eſt admirabilis
Mirabiles affectus habens.

Strangely, or after an vnuſuall ſort.

Nouo exemplo
Sine exemplo
Prodigioſè
Inuſitato more
Extra ordinem.

To be in a ſtraight, or diſtreſſed.

Coarctari
In anguſtia verſari
In bivio eſſe
Neſciens quo ſe vertat
Anceps animi
In extremas difficultates conjectus
In ſummo diſcrimine.

Strait or narrow.

Anguſtus
Minimè laxus
Strictus
Parum ſpatioſus
Exilis
Arctus.

Strife or contention, &c.

Lis
Contentio
Concertatio
Litigatio
Iurgium
Rixa
Altercatio.

To ſtraie, wander, or to turne out of the way.

A via aberrare
Deflectere, Exorbitare.
Errare
Huc & illuc vagari.

A ſtorme or tempeſt, &c.

Tempeſtas
Procella
Vis major
Cœlum turbidum
Cœli commotio
Turbo
Flatuum violentia.

Stormie, bluſtring, or tempeſtuous, raging weather.

Procelloſus
Tempeſtuoſus
Turbidus
Ventoſus
Bacchans
Furens
Violentus.

Strength or might.

Robur
Potentia
Vires
Fortitudo
Nerui.

To ſtrengthen or confirme.

Confirmare
Munire
Corroborare
Stabilire
Fortem efficere
Vim addere alicui.
} quem.

To ſtrike or ſmite.

Percutere
